

La Révolte de Civilis

(69-70 ap. J.-C.)

(Tacite, **Histoires**, livre IV)

Tacite nous décrit clairement et minutieusement en une soixantaine de pages un épisode très confus de l'histoire romaine, la révolte de Julius Civilis, qui avait été préfet de cavalerie dans l'armée romaine et qui, par conséquent, à l'instar de Germanicus cinquante ans auparavant, connaissait parfaitement l'art militaire romain.

On est en plein dans des guerres civiles gigognes : alors que des prétendants au trône impérial (Néron, Galba, Othon, Vitellius et Vespasien) s'affrontent pendant presque deux ans (68-69 après J-C), parfois par lieutenants interposés, éclate une autre guerre plus ou moins civile, davantage localisée, dans le nord de la Gaule et en Germanie. Comme dans le conflit syrien actuel, de nombreux groupes aux intérêts divergents s'affrontent : des Germains romanisés, des Germains indépendants, des Belges, des Gaulois, des authentiques Romains, qui, sur la frontière du Rhin, sont du reste fort affaiblis par le fait que Vitellius, en guerre contre Vespasien, a emmené en Italie l'élite des légions des Germanies pour s'emparer du pouvoir à Rome. Dans l'ombre du grand affrontement des prétendants à l'Empire, des alliances se font et se défont, les défections et les mutineries se multiplient, les victoires et les défaites alternent, et il faudra longtemps (plus l'arrivée d'un général romain compétent, Quintus Petillius Cerialis) pour que les affrontements se calment et que Civilis fasse soumission.

Laissant tomber les innombrables et lassants combats aux fortunes diverses, nous avons sélectionné quelques passages marquants et

savoureux, et nous vous offrons ci-dessous en traduction une des explications que Tacite donne à la rancœur initiale de Civilis contre les Romains.

« Julius Paulus et Claudius Civilis, issus d'un sang royal, surpassaient en illustration tous les autres Bataves. Paulus, accusé faussement de révolte, fut tué par Fontéius Capito. Civilis fut chargé de chaînes et envoyé à Néron ; absous par Galba, il courut un nouveau danger sous Vitellius, dont l'armée demandait sa mort. Telle fut la cause de ses ressentiments : son espoir vint de nos malheurs. Civilis, plus rusé que le commun des barbares, et qui se comparait aux Annibal et aux Sertorius, parce qu'il portait au visage la même cicatrice, ne voulut pas attirer sur lui les forces romaines par une rébellion déclarée. Il feignit d'être ami de Vespasien et de prendre parti dans nos querelles. » (**Histoires**, IV, XIII ; traduction J.L. Burnouf)

XIV [1] Igitur Ciuilis **desciscendi certus**, occultato interim altiore consilio, cetera ex **euentu** iudicaturus, nouare res hoc modo coepit. [2] Iussu Vitellii **Batauorum** iuuentus ad **dilectum** uocabatur, quem **suapte** natura grauem onerabant **ministri** auaritia ac luxu, senes aut inualidos conquirendo, quos pretio dimitterent: rursus **impubes** et forma **conspicui** (et est plerisque **procera** pueritia) ad **stuprum** trahebantur. [3] Hinc inuidia, et compositae seditionis auctores perpulere ut **dilectum abnuerent**. [4] Ciuilis primores gentis et promptissimos uulgi specie **epularum** sacrum in **nemus** uocatos, ubi nocte ac laetitia **incaluisse** uidet, a laude gloriaque gentis **orsus** iniurias et raptus et cetera seruitii mala enumerat : neque enim **societatem**, ut olim, sed **tamquam mancipia haberi** : quando legatum, graui quidem **comitatu** et superbo, cum imperio uenire ? [5] Tradi se praefectis centurionibusque : quos ubi spoliis et sanguine **expleuerint**, **mutari**, exquirique nouos **sinus** et

uaria praedandi uocabula. [6] Instare dilectum quo liberi a parentibus, fratres a fratribus uelut **supremum** diuidantur. [7] Numquam magis adflictam rem Romanam nec **aliud** in hibernis quam praedam et senes : **attollerent** tantum oculos et inania legionum nomina **ne pauescerent**. [8] At **sibi** robur peditum equitumque, consanguineos Germanos, Gallias idem cupientis. [9] Ne Romanis quidem ingratum id bellum, cuius ambiguum fortunam Vespasiano **imputaturos** ; uictoriae **rationem non reddi**.

XV [1] Magno cum adsensu auditis barbaro ritu et patriis **execrationibus** uniuersos **adigit**. [...] [4] Mox occultis nuntiis **pellexit** Britannica auxilia, Batauorum cohortis missas in Germaniam, ut supra rettulimus, ac tum **Mogontiacy agentis**.

Rapidement, les Bataves remportent une première victoire.

XVII [1] Clara ea victoria in praesens, in posterum usui ; armaque et navis, quibus **indigebant**, **adepti** magna per Germanias Galliasque fama libertatis auctores celebrabantur. [2] Germaniae statim misere legatos auxilia offerentis : Galliarum societatem Civilis arte donisque **adfectabat**, captos cohortium praefectos suas in civitates remittendo, cohortibus, **abire** an manere mallent, data potestate. [3] Manentibus **honorata milita**, digredientibus **spolia** Romanorum offerebantur.

Chez les Romains, les défaites et les difficultés de ravitaillement provoquent des mutineries contre les officiers supérieurs, Hordeonius Flaccus, Herennius Gallus et Dillius Vocula.



La région de la révolte de Civilis

XXVII [1] Forte navem haud procul **castris**, frumento **gravem**, cum per **vada** haesisset, Germani in suam ripam trahebant. [2] Non tulit Gallus misitque subsidio cohortem : auctus et Germanorum numerus, paulatimque adgregantibus se auxiliis acie certatum. [3] Germani multa cum strage nostrorum navem abripiunt. [4] Victi, quod tum in morem verterat, non suam ignaviam, sed perfidiam legati **culpabant**. [5] Protractum e **tentorio**, scissa veste, verberato corpore, quo pretio, quibus consciis prodidisset exercitum, dicere iubent. [6] Redit in Hordeonium invidia : illum auctorem sceleris, hunc **ministrum** vocant, donec exitium minitantibus exterritus proditionem et ipse Hordeonio **obiecit** ; vinctusque adventu demum Voculae **exolvitur**. [7] Is postera die auctores seditionis morte adfecit : tanta illi exercitui diversitas inerat licentiae **patientiaeque**. [8] **Haud dubie gregarius miles** Vitellio fidus, splendidissimus quisque in Vespasianum **proni** : inde scelerum ac suppliciorum **vices** et mixtus **obsequio** furor, ut contineri non possent qui puniri poterant.

XXVIII [1] At Civilem immensis **auctibus** universa Germania **extollebat**, **societate** nobilissimis obsidum **firmata**. [2] Ille, ut **cuique** proximum, vastari **Vbios Trevirosque**, et aliam manum **Mosam amnem** transire iubet. [...]

L'indiscipline continue à augmenter chez les Romains.

XXXVI [2] Sed miles secundis adversisque **perinde** in **exitium** ducum accendebatur ; et adventu **quintanorum quintadecimanorumque** auctae legiones **donativum** exposcunt, **comperto** pecuniam a Vitellio missam. [3]

Nec diu **cunctatus** Hordeonius nomine Vespasiani dedit, idque praecipuum fuit seditionis alimentum. [4] Effusi in luxum et epulas et nocturnos **coetus** veterem in Hordeonium iram renovant, nec ullo legatorum tribunorumve obsistere auso (**quippe** omnem pudorem nox ademerat) protractum e **cubili** interficiunt. [5] Eadem in Voculam parabantur, nisi **servili habitu** per tenebras ignoratus evasisset.

La face de l'insurrection change au moment où l'empereur Vitellius, ancien général des légions de Germanie, est assassiné à Rome.

LIV [1] Audita interim per Gallias Germaniasque mors Vitellii **duplicaverat** bellum. [2] Nam Civilis omissa dissimulatione in populum Romanum ruere, **Vitellianae legiones vel** externum servitium quam imperatorem Vespasianum malle. [...] [3] Sed nihil aeque quam **incendium Capitolii**, ut finem imperio adesse crederent, impulerat. [4] Captam olim a Gallis urbem, sed integra Iovis sede mansisse imperium : fatali nunc igne signum caelestis irae datum et possessionem rerum humanarum Transalpinis gentibus **portendi** superstitione vana Druidae canebant.

Un peu plus loin, dans deux brefs passages, Tacite nous brosse le portrait de la prophétesse germane Véléda.

LXI [4] Ea virgo nationis Bructerae late imperitabat, vetere apud Germanos more, quo plerasque feminarum **fatidicas** et augescente superstitione arbitrantur deas. [5] Tuncque Veledae auctoritas **adolevit** ; nam prosperas Germanis res et excidium legionum praedixerat. [...]

LXV [8] **Legati** ad Civilem ac Veledam missi cum donis cuncta ex voluntate **Agrippinensium perpetravere** ; sed **coram** adire adloquique Veledam **negatum** : arcebantur aspectu quo venerationis plus inesset. [9] Ipsa edita in turre ; **delectus** e propinquis **consulta** responsaque ut internuntius numinis portabat.

Finallement, les Romains envoient enfin un général compétent pour mener la guerre, Petillius Cerialis. Il cherche à éloigner les Belges des Germains en leur adressant le discours suivant :

LXXIII [3] Terram vestram ceterorumque Gallorum ingressi sunt duces imperatoresque Romani nulla cupidine, sed maioribus vestris invocantibus, quos discordiae usque ad exitium fatigabant, et **acciti** auxilio Germani sociis pariter atque hostibus servitutum imposuerant. [4] Quot proeliis adversus Cimbro Teutonisque, quantis exercituum nostrorum laboribus quove eventu Germanica bella tractaverimus, satis clarum. [5] Nec ideo Rhenum insedimus ut Italiam tueremur, sed ne quis alius Ariovistus regno Galliarum potiretur. [6] An vos cariores Civili Batavisque et transrhenanis gentibus creditis quam maioribus eorum patres **avique** vestri fuerunt ? [7] Eadem semper causa Germanis **transcendendi** in Gallias, libido atque avaritia et mutandae sedis amor, ut relictis paludibus et solitudinibus suis fecundissimum hoc solum vosque ipsos possiderent : ceterum libertas et speciosa nomina praetexuntur ; nec quisquam **alienum servitium** et dominationem sibi concupivit ut non eadem ista vocabula **usurparet**.

LXXIV [1] Regna bellaque per Gallias semper fuere **donec** in nostrum ius **concederetis**. [2] Nos, quamquam totiens lacesiti, iure victoriae id solum

vobis addidimus, quo pacem **tueremur** ; nam neque quies gentium sine armis neque arma sine **stipendiis** neque stipendia sine tributis haberi queunt: cetera in communi sita sunt. [3] Ipsi **plerumque** legionibus nostris praesidetis, ipsi has aliasque provincias regitis ; nihil separatum clausumve. [4] Et laudatorum principum **usus** ex aequo quamvis procul **agentibus** : saevi proximis **ingruunt**. [5] Quo modo sterilitatem aut nimios imbris et cetera naturae mala, ita luxum vel avaritiam dominantium tolerate. [...] [9] Proinde pacem et urbem, quam victi victoresque eodem iure obtinemus, amate, colite ; moneant vos utriusque fortunae **documenta** ne **contumaciam** cum pernicie quam **obsequium** cum securitate malitis.

*Sentant le vent tourner, Civilis se décide à négocier avec Petillius Cerialis. Mais, comme la suite des **Histoires** de Tacite ne nous est pas parvenue, nous ne connaissons pas exactement la fin de cette guerre civile.*